Actum in castro Præmislie=

1688 nsi tempore Interregni vigore Confederationis Generalis Palla:
tinatus Russiæ Leopoli die septima Januarij per omnes Di:
gnitarios Spirituales et Seculares officiales ac nobilitatem
8 eiusdem Pallatinatus laudatæ. feria quarta post festum As:
sumptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima. Anno Domini
19/VIII. millesimo Quingentesimo Octuagesimo Septimo. Coram Generoso
Nicolao Ostrowski de Ostrow Vicecapitaneo. et Causarum
officij Iudice. Andrea Sufski Notario. Castrensi Præmislien:
officio et actis præsentibus.

Hinck intur Tustanowski.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren:
Præmislien: Generosus Ioannes Hinck a terris districtibus iuribus
iurisdictionibus suis quibusuis propriis ac foro competen: receden:
præsenti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis in:
scribens. quo ad actum et effectum inscriptionis præsentis attinet pr:
sponte. sanus mente et corpore existens publice ultro ac per:
expresse recognouit. Quia Nobili Hryczko Tustanowski ac po:
steris illius summam Centum florenorum pecuniæ monetæ et numeri po:
lonicalis debiti et liquidi tenetur. quam quidem se cum successoribus
in bonis suis hereditariis videlicet ex Kmetonibus in villa Bilinka exi:
stentibus obligat et inscribit eidem Creditori suo vel eius posteris
hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli pro:
xime venturo circa officium et acta præsentia Castrensia Præmislien:
dare soluere reponere. relinquere. non excidere. neque quouismodo
arestare. Sub vadio simili summæ Centum florenorum pecuniæ monetæ
et numeri polonicalis. in deffectu solutionis summæ eiusdem essentia:
lis pro tempore superius nominato ad soluendum succumbendo. ac in sum:
mam essentialem et capitalem debitum videlicet Ducentorum flore:
norum pecuniæ monetæ et numeri polonicalis conuertendo in bonis eiusdem

recognoscen: videlicet ex Kmetonibus in villa Bilinka existen: quos sibi
elegerit extendendo. Inscribendo se nihilominus cum successoribus suis
in bonis suis prædictis eidem Creditori suo ac posteris illius in scri: 8...
ptione præsenti ex his Actis Castren: ad acta Terrestria Præmisliensia
ante decursum unius anni transportare. Sub vadio Centum flore:
norum pecuniæ monetæ et numeri polonicalis. Pro qua quidem summa 1689
essentiali cum vadio iuncta. tum vadii ob non transportationem
eiusdem inscriptionis succumbendo. quoties se præfatus recogno:
scens cum successoribus suis eidem Nobili Hryczko Tustanowski vel
eius posteris citare permiserit. toties a terris districtibus iure ac
foro suis quibusuis propriis recedendo Coram officio præsenti Castren:
Præmislien: Cui se. Ac actis præsentibus respective cum successoribus ac
bonis suis superscriptis omnibus subijcit. Semper in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare inierere. ac præstatis omnibus
toties quoties opus fuerit in ipsa ab officio non recedendo. satis:
facere cum successoribus tenebitur. Terminum ipsum primum
peremptorium ac alios consequen: actione pro maiori vera in:
firmitate successorum minorennitate. bello expeditione bellica
incursu hostium. aura pestifera. Tum euasionibus præscriptionibus
suspensionibus fatalibus iuris terrarum triennii et ter trium marcarum
dillationibus ad quietationem munimenta euictione. cæteribus
legalibus quibusuis impedimentis tam de iure quam consuetu:
dine concedi et admitti solitis. motionibus denique et appellationibus
ac earum prosequutionibus non differendo neque euadendo. Quibus se
cum successoribus præmissis. alijsque omnibus iuris remedijs
abrenunciando. sub et suorum successorum sub amissione to:
tius causæ. Nulla in præmissis Terrestri inscriptione obstante.

Actum in Castro Præmislie=

nsi tempore Interregni vigore Confederationis Generalis
Pallatinatus Russiæ Leopoli die septima Januarij. per
omnes Dignitarios Spirituales et Seculares officiales ac

Nobilitatem eiusdem Pallatinatus laudatae. feria quinta post
festum Sancti Bartholomei Apostoli proxima. Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Septimo. Coram Gene:
1690 rosis Nicolao Ostrowski de Ostrow Vicecapitaneo et Cau:
sarum officij Iudice. Andrea Suski Notario Castren. Prae:
27/VIII. misslien. officio et Actis praesentibus.

Krukienicski quietat Bo=
czkowska.

647

Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. personaliter
comparens Generosus Sebestianus Krukienicski de Drohoiow
a terris districtibus iuribus iurisdictionibus sub quibusuis prijs
ac foro competen. recedens praesenti vero iurisdictioni se ac succes:
soribus ac bonis suis omnibus quo ad infrascripta attinet
incorporans sanus mente et corpore existens publice vltro ac
per expressum recognouit. Quia a Generosa Elisabeth de Kalo:
styn consorte relicta Generosi olim Joannis Boczkowski summam Cen:
tum aureorum Vngaricalium pecuniae debiti certi per eandem Generosam
Elisabeth Boczkowska. Generoso Simoni Golecki actis Terrestribus
Praemislien. solui inscript. sibi vero recognoscens per eundem Simon
Golecki actis praesentibus Castren. Praemislien. transfusis lacius suo in
tenore ea omnia obloquens. Vigore cuiusque iuris transfusi recepit
et manualiter leuauit receptamque et leuatam ad se tulit. Ratione cuius
summae praefatae receptae et leuatae ipsam et eius successores de eadem
summa quietat perpetue. ipsamque inscriptionem Terrestrem Praemislien. praelibato
Generoso Simoni Golecki per eundem modo quouis factam. sibi vero act.
praesentibus transfusam super summam praedictam seruiens cum omnibus conditio:
nibus punctis clausulis cassat annihilat et mortificat aeternis
temporibus sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium impo:
nendo aeternum praesenti sua recognitione mediante.

Boczkowska quietat Sko:
ruczina.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Praemislien. personaliter
comparens Generosa Elisabeth de Kalostyn relicta consors Gene:
rosi olim Joannis Boczkowski. a terris districtibus iuribus iurisdictioni:
busque suis quibusuis prijs ac foro competen. recedens. praesenti vero
iurisdictioni se ac successoribus ac bonis suis omnibus quo ad infrascripta
attinet incorporans. sana mente et corpore existens publice vltro ac
per expressum recognouit. Quod a Generosa Margaretha de Naraiow 1691
consorte relicta Generosi olim Georgij Skoruczka summam Centum
aureorum Vngaricalium pecuniae debiti certi sibi per eam actis
praesentibus Castren. Praemislien. modo quouis in bonis quibus:
uis inscripti plenarie recepit et manualiter leuauit. Ratione
cuius receptae et leuatae ipsam et eius successores de eadem summa
quietat perpetue. Ipsamque inscriptionem Castren. Praemislien. sibi ab
eadem super summam praedictam seruiens cum omnibus conditionibus pun:
ctis clausulis et articulis. cassat annihilat et mortificat aeui:
ternis temporibus sibi et suis successoribus ratione praemissorum
silentium imponendo aeternum praesenti sua recognitione mediante.

Actum in Castro Praemi=
slien. tempore Interregni vigore Confederationis Generalis
Pallatinatus Russiae. Leopoli die septima. Ianuarij. per omnes
Dignitarios Spirituales et Seculares. officiales ac nobilitate 2/IX.
eiusdem Pallatinatus laudatae. feria quarta post festum
Sancti Egidij proxima. Anno Domini Millesimo Quin:
gentesimo Octuagesimo Septimo. Coram Generosis Nico:
lao Ostrowski de Ostrow Vicecapitaneo et Causarum
officij Iudice. Andrea Suski Notario Castren. Praemi:
slien. officio et actis praesentibus.

Ianczenski intur Broniowski.

649

Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. per: